# Cartulaire de Marmoutier pour le Dunois, Cartularium Dunense Maioris Monasterii Nr. 34

Notum sit fratribus nostris, scilicet Maioris Monasterii monachis, quod Odo Borrellus calumniatus est nobis terram de Maceriis, dicens uxorem suam ius in illa habere ex parte patris sui, qui eam tenuerat. De qua re, cum longam contentionem habuissemus cum eo, tandem venimus ad concordiam et donavimus ei de nostro, propter quod et ipse et uxor eius Elisindis omnem calumniam de illa terra dimiserunt. Huius rei testem, Aurannus, filius Rainfredi, Arraldus vicarius eius. De nostris: Odo et Odo monachi; de laicis: Balduinus mercator, Nivardus maior, Herveus gener eius, Tetbaldus, filius Dagonis, Acfredus famulus, Bernardus serviens, Hugo, filius Raimbaldi.



Émile **Mabille**, Cartulaire de Marmoutier pour le Dunois, Chateaudun 1874, S. 32.
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marmoutier_dunois.mabille_cartularium_dunense_0034.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2025-01-03